III/1301

JMJ. 1737.

Actum in Castro Regio Drohiciensi, Feriâ Quintâ post Festa Solemnia Sacri Pentecosten proximâ Anno Domini millesimô Septingentesimô, Trigesimô Septimô.

Coram Officio Capitaneali Actisq[ue] praesentibus Castrensibus Drohiciensibus personaliter Comparentes Nobiles Casimirus suo et Nobilis Antoninae Kożyńska Consortis suae, et Valentinus itidem suo et Nobilis Apoloniae Smorczewska itidem suo et Consortis suae nec non et Jacobus suo et Nobilis Catharinae Radziszewska Consortis similiter suae olim Nobilis Pauli Kosk Filij Fratres inter se Germani pro quibus Consortibus suis Cautem Cavent et se praesentibus in Forma Juris quam plenissima inscribunt Nominibus, Sani Mentibus et Corporibus existentes, palam publice libereq[ue] Recognoverunt, Quia Ipsi magnifico Balthasaro in Mordy Czecierski Dapifero Terrae Drohiciensi, et Ejus legitimis Successoribus Bonorum suorum immobilium, videlicet totas et integras sortes suas hereditarias Paternas Maternas, Obligatt, quaesitas et devolutorias ac alio quocunq[ue] Jure et praetextu concernentes, hoc est in Areis, hortis, Agris, Pratis, Campis Sylvis, Fluvijs, Fluminibus et id Genus attentis praemissarum Sortium attinentijs et pertinentijs, nullis penitus nec pro se, et pro suis Successoribus exceptis reservando aut excipiendo in Bonis Villae Poniaty Rzepisze tantum sitas et jacentes

jacentes absq quavis Inseminatione, cum Omnibus Uti
litatibus, Usibus, Fructibus, Proventibus, Commodis et
Emolumentis dederunt, Donaverunt, puraq, mera, vera
ac irrevocabili Donatione inscripserunt, et resignaverunt
perpetuo, Intromissionem Eidem exnunc per ministeria=
lem quemvis, et Nobiles Duos aceptandam libere admit=
tendo, Paceng ab Omnibus Personis Propinquis et Re
motis Sexus, Status et Conditionis cujusvis existentibus
sub Damnis Terrestribus simpliciter taxandis et dicen
dis cavendo, et peremptoria coram presenti Capitaneali
Castrensi Drohicinensi Officio super Primam Citationem
Tractumq Responsione sine ulla Dilatione, Exceptione et
apellatione. Ex Actis Castr. Droh: Die 23 augusti 1798
Ao ad Hypothecam Rem.

Biały. VDTD.

Lectum p Rochum Putkowskij mid

NN. Casimirus, Valentinus, Jacobus ott: Pauli filii Koskowie, Suis et Contum Saär Mibg Mco Balthasar Ciecierski D. T. Drohe:

Totas Sortes in Bonis Poniaty Krzepisze sitt: donant.

Donatio.

1737mo a:

In Cro Drohe T.S. pt Fa Solennia Sacri Pentecoste.

23

Muzeum K. Kluka
Nr. inw. III/1301